 Sententia lata in fauorem creditoris in via executiua, quando nulla precessit executio in secunda instantia an exequatur. *ibid.*
 Sententia additionis executionem desiderans nihil interest, an a primo, an a secundo iudice appellationis lata sit, vt exequatur. *ibid.*
 Sententia prima si vulnerauit instrumentum guarantee, scilicet, declarans illud falsum, aut usurarium, secunda reuocatoria illius non mereatur executionem, donec obtineat creditor tres conformes. *ibid.*
 Sententia, qua est reus condemnatus, nititur sententiae aut instrumento habenti executionem paratam & priuilegium, at sententia secunda, qua actor condemnatur, illi nititur, sed eius priuilegio repugnat. *ibid.*
 Sententia secunda lata contra actorem reuocatoria prioris executata virtualiter est negatiua executionis, quo casu etiam in prima instantia actori licet appellare. *ibid.*
 Sententia additionis si nulla seu iniqua sit manifeste, an iudex de appellatione cognoscens queat ea neglecta, suam exequi, & quo casu. *ibid.*

Sententia seu iudicium ordinarij, cuius virtute vt magis idoneus electus fuit in possessionem Parochialis missus, licet sit in causa appellationis reuocatum, non amouetur a possessione, donec per tres sententias conformes vincatur. *ibid.*
 Et ab hac reuocatoria appellationi per possessionem remissa est deferendum. *ibid.*
 Sententia prima lata in Curia contra possessorem beneficij sequestrum apponitur, tamen licet ipse possessor secundum pro se obtineat, non reuocatur sequestrum. *ibid.*
 Sententia prima, qua executioni petita locum non fore, est declaratum, & insuper actor in expensis damnatus, licet patiatur appellationem; tamen expensarum respectu mittenda est exceptio. *ibid.*
 Sententia pro actore in alimentis, aut executiua lata cuius executionem omisit petere, & lata est secunda sententia illius confirmatoria, poterit eiusdem petere executionem, non obstante appellatione, quia nec efficitur appellabilis, nec censetur eius priuilegio renuntiare. *ibid.*
 Secus e conuerso, quando prima pro actore lata nondum executata, secunda illius reuocatoria lata est, quia tunc prima non exequitur in secunda instantia. *ibid.*
 Quae doctrina fallit in Parochiali vacante. *ibid.*
 Sententia qua ex iusta causa & a iure approbata ordinarius inuitis etiam Rectoribus notam Parochialem erigi declarat, exequitur, appellatione non obstante. *ibid.*
 Sententia declaratoria aliquem incidisse in poenam ipso iure impositam, an sit necessaria. *ibid.*
 Sententia iudicis non debet esse melioris conditionis, quam sententia iuris, & quemadmodum ab illius executore non appellatur, ita nec debet appellari ab executore iuris. *ibid.*
 Sententia, qua declaratur incompatible vacasse per ademptionem alterius, ac simul mandatur eiusdem fieri prouisionem, non suspenditur per appellationem interiectam per detentatorem vtriusque, prout decreuit Senatus Valisoleanus. *ibid.*
 Sententia declaratoria requiritur cum praenata causae cognitione, quando beneficium vacat ipso iure ob poenam alicuius facti, puta, ob non residentiam; non tamen quando ex iuris dispositione, puta ob ademptionem secundi incompatibilis. *ibid.*
 Sententia declaratoria vbi requiritur in priuatione beneficij ob poenam, non ideo sequitur, quod appellatio sit admittenda si aliqua specialitatis ratione excludatur, vt in priuatione ob non residentiam. *ibid.*
 Sententia declaratoria incurfus in poenam priuationis ipso iure quoad appellationis prohibitionem, vel tunc ex natura casus, cui addicitur, vt si casus est appellabilis, a declaratoria appellatur, si inappellabilis, a declaratoria multo fortius prohibetur appellari. *ibid.*
 Sententia declaratoria incurfus censurarum si sit lata in causa executiua, secundum eius naturam regulatur, & pariter non recipit appellationem suspensiuam. *ibid.*
 Sententia declaratoria aliquem esse priuatum beneficio ob non residentiam quando non recipiat appellationem suspensiuam. *ibid.*
 Contra non residentem quando proceditur ad priuationem beneficij admittitur appellatio, si non praecedat causae cognitio & citatio, & quo decreti

& Verborum.

decreti genere tunc vtritur Senatus regius. *ibid.*
 Sententia lata contra quoslibet ministros iustitiae, puta tabelliones, Alguazelos, executores, & ob varatarium, vel excessum tangentem exercitium officij exequitur appellatione non obstante. *ibid.*
 Quod intelligitur, quando a iudice cui subfunt condemnantur ex ratione. *ibid.*
 Sententia lata in Syndicatu contra officialem iure regio quomodo exequatur appellatione pendente. *ibid.*
 Sententia nulla executionem non meretur, quae & nomine sententiae caret. *ibid.*
 Sententia lata non seruat terminis substantialibus iudicij est notorie nulla, atque nullitas infanabilis. *ibid.*
 Sententia amplius non dicitur notorie ex actis nulla & iniqua, quando ex aduerso aliquid opponitur, quod dubitationem, aut offuscationem pariat. *ibid.*
 Sententia lata contra probantem fundum suum esse, & ad alterum spectare declarans, non dicitur nulla ipso iure, sed tantum iniusta regulariter. *ibid.*
 Sententia, qua declaratur aliquem non habere ius patronatus, licet probauerit habere, tamen non potest dici nulla, sed iniusta regulariter. *ibid.*
 Sententia lata in tam breui tempore, rantaque festinatione, vt verisimiliter processus inspici non potuit, est nulla ipso iure. *ibid.*
 Lata contra vel pro defuncto valet, quando procurator in vita fuisset per contestationem factus dominus litis, vel quando dominus satisfecit de indicato soluendo, dummodo sententia concipiatur in persona procuratoris. *ibid.*
 Et quid si dominus sine haerede decessit, etiam si Procurator sit in rem suam cessionarius, aut in causa possessoria. *ibid.*
 Sententia contra mortuum valet, quando iudex ignorauit mortem. *ibid.*
 Sententia continens causam falsitatis non exequitur in bonorum possessione secundum tabulas petita. *ibid.*
 Sententia prima lata in possessorio ordinario contra obtinentem in iudicio summariissimo, an sit contra illum exequenda non obstante appellatione. *ibid.*
 Sententia de aperiendo testamento non recipit appellationem, quia celeritatem desiderat. *ibid.*
 Sententia reductionis licet admittat appellationem, an nihilominus ea pendente sit exequenda. *ibid.*
 Sententia negatiua non trahit secum executionem a iure, nec a iudice, cum ius hoc illi priuilegium attribuat, quando legitima fiat appellatio. *ibid.*
 Sententia contra insignem latronem vt excludat appellationem, debet ferri cum expresso supposito insignis latronis. *ibid.*
 Sententia interlocutoria declarans notorium praecedente negatione rei admittit appellationem. *ibid.*
 Sententia lata contra repertum in flagranti crimine non appellatur suspensiuè. *ibid.*
 Sententia in via executiua lata partim pro actore, partim contra, a quo solus appellat quatenus contra poterit capitulum separatum, a quo neutra pars appellauit, executioni mitti. *ibid.*
 Salgado de procc. Reg. Tom. 11.

Et etiam si reus executus ab illo capitulo separato, quod contra se facit, appellet, quia nihilominus in viis executiuis executio illius facienda est, & de ratione. *ibid.*
 Sententia praedicta ei qui verè vel repræsentat eadem est persona. *ibid.*
 Sententia alias duas confirmans cum aliquo nouo grauamine seu additamento, quod aliis non adfit, recipit appellationem, licet in quo sit conformis exequatur hac appellatione pendente. *ibid.*
 Et tunc sententia quae pro vna parte est appellabilis, & pro alia inappellabilis, iudicatur diuisa. *ibid.*
 Sententia tertia aliquid de nouo aliis addens, de quo sit actum in ceteris instantiis, tacite aut expressè non dicitur prima super additamento, sed vltima. *ibid.*
 Sententia vltima cõdemnans ad eandem summam, ad quam aliae, sub conditione tamen quatenus factio calculo tanta summa debeatur, non exequitur, quousque conditio purificetur. *ibid.*
 Sententia tertia declarans alias duas praecedentes nullas, quae postea est reuocata per aliam declarantem validas priores, an illis ista vltima dicatur non formis. *ibid.*
 Et an tunc executio illarum sententiarum permittenda est non obstante appellatione ab hac vltima. *ibid.*
 Sententia tertia alias duas latas super principali causa declarans nullas, dicitur prima respectu articuli nullitatis, & quarta quae illam reuocat, dicitur secunda, & recipit appellationem. *ibid.*
 Quod declaratur pulchre vsque ad 55
 Sententia lata super impotentia appellandi est interlocutoria. *ibid.*
 Lata super articulo iuris est interlocutoria. *ibid.*
 Lata super impotentia appellandi licet sit interlocutoria, habet vim diffinitiuam. *ibid.*
 Lata vigore tertiae appellationis super eodem articulo an sit nulla ipso iure. *ibid.*
 Lata contra sententiam translata in rem iudicatam est nulla ipso iure. *ibid.*
 Sententia prima aliis duabus confirmata non potest rescindi. *ibid.*
 Sententia super impotentia appellandi licet habeat vim diffinitiuam, non tamen admittit appellationem, vbi iuste lata sit speciali ratione. *ibid.*
 Sententia per desertionem transit in rem iudicatam. *ibid.*
 Transit in rem iudicatam, quae executionem desiderat. *ibid.*
 Sententia quando per desertionem transit in rem iudicatam, fingit lex ab initio non fuisse appellatum. *ibid.*
 Sententia super desertione habet vim diffinitiuam. *ibid.*
 Continet damnum irreparabile. *ibid.*
 Sententia translata in rem iudicatam, vel aliis duobus conformibus mittitur executioni. *ibid.*
 Sententia in rem iudicatam transit ob non emissam appellationem intra terminum, vel ob eam desertam. *ibid.*
 Sententia de exequendo est executio, & sic non facienda ante rem iudicatam, & intra terminum ad licitè appellandum. *ibid.*
 Sententia valde antiqua praesumitur, ritè & rectè
 ccc 2 latam

Index Rerum,

- latam fuisse. 251.2.49
 Sententia valde antiqua quæ dicitur, vt sine processu possint executoriales expediri. *ibid.* 50. remissiuè.
 Sententia inserta in executorialibus facit fidem, quia sunt acta iudicialia. 252.1.52
 Sententia non dicitur constare, etiam si eius tenor referatur in executorialibus Papæ per relationem partis, quia ipsa sententia adhuc debet doceri. *ibid.* 54
 Sententia diffinitiuæ est essentialis, vt iudicium instantiam habere dicatur. 262.2.37
 Sententia lata super vna actione non nocet eidem agenti ex alia actione sibi competenti ex eodem fonte. 290.2.205. declarata, vt in seq.
 Etiam si adit cõformitas aliqua cum alia actione diuersa. *ibid.* 206
 Sententia rei tradendæ obligat præcisè ad factum, nec soluendo interesse condemnatus liberatur si habeat facultatem rei tradendæ. 306.2.26
 Sententia pro Barone lata vt pro singulis centum ouibus ratione pascuorum Baro vnam habeat, etiam contra minus centum pascentem, fiat executio habito respectu ad numerum, & facta computatione grata. 308.1.38
 Si autem quinquaginta quis depascit fiet executio pro æstimatione dimidiæ partis vnius ouis. *ibid.* 39
 Declaratoria incurfus censurarum pro executione executorialium dicitur pars rei iudicata. 311.1.68
 Declaratoria cõsurarum super via executiuæ non admittit appellationem. *ibid.* 70
 Declaratoria incurfus censurarum pro executione rei iudicata non admittit appellationem. *ibid.* 71
 Declaratoria incurfus cõsurarum pro executione obligationis in forma Camera est inappellabilis, quia executionis natura vestitur. *ibid.* 72
 Declaratoria incurfus censurarum pro executione literarum Apostolicarum, non admittit appellationem suspensiuam. *ibid.* 73
 Sententia sola in iuribus incorporalibus an transferat possessionem ciuilem & naturalem. 312.1.80
 Sententia sola non transfert dominium in iuribus corporalibus. *ibid.* 2.84
 Sententia lata super principali, intelligitur reprobare incidens, si aliter cum illo non potest subsistere. 338.1.87
 Sententia pro aliquo vt hærede ab intestato, rescinditur postea apparente testamento nouiter reperto. 340.2.120
 Sententia sustinetur si reuera adfuerat mandatum procuratoris, licet non præsentatum in actis, de quo etiam post sententiam constet. *ibid.* 126
 Sententia erit nulla, etiam si verè adit mandatum, non tamen productum in actis, postquam fuit de eius defectu oppositum. 341.1.127
 Sententia & acta vt nulla dicantur, non sufficit semel à principio de defectu mandati opponere, sed in quolibet actu protestari, & repeti, aliàs sufficit quocumque de eius vera existentia docere. *ibid.* 129. & seqq.
 Sententia lata in fauorem debitoris super vno anno redditu, obstat agenti pro seqq. debitis vnica obligatione. 342.1.143
 Lata super primæua actione, & obligatione anni redditus, vt in posterum præstetur, vnica sufficit pro singulis annis condemnatio. 343.1.150
 Sententia cum sit stricti iuris, non extenditur de persona expressa ad non expressam. 355.2.3
 Sententia lata contra vnum non præiudicat aliis ius habentibus pro portionibus ex eadem causa. 357.2.23
 Et multo fortius si illi non habeant ius ex eadem causa. *ibid.* 24
 Sententia lata specialiter contra vnum ex sociis non præiudicat. *ibid.* 26
 Lata contra vnum alteri non præiudicat quando vterque prætendit ius æquè principale. *ibid.* 27
 Sententia super nobilitate lata contra fratrem non nocet alteri fratri litiganti super nobilitate, nec e contra. *ibid.* 28. & seqq.
 Sententia quando facit ius quoad alios, non nocet habenti æquè ius principale. *ibid.* 29
 Sententia lata contra præsentem valet, contra absentes autem nec legitime citatos nulla est. 358.1.31
 Sententia non nocet tertio possessori rei, ad cuius restitutionem alius est condemnatus, & de possessione docens, impedit executionem. *ibid.* 32
 Quod procedit siue ius executionum proneniat ab actione reali & hypothecaria, siue ab actione personali. *ibid.* 33
 Sententia contra non nominatum nec actiuè nec passiuè locum habet. 359.1.44
 Sententia est stricti iuris & tantum disponit quantum loquitur. *ibid.* 2.47
 Sententia lata super vna re ex pluribus petitis ceterarum non infertur absolutio nec condemnatio, sed omisso. 360.1.53
 Sententia pro vna lata semper intelligitur exceptus tertius & sine eius præiudicio. 362.2.72
 Sententia lata super dominio vtili, aut eo quod ius vtile tangit duntaxat, nihil detrahit aut officit domino directo, nec eius iuri. 370.1.131
 Lata super possessione emphyteuticæ rei & respectu suæ possessionis naturalis, non nocet domino directo etiam scienti. 371.1.14
 Lata contra naturaliter possidentem non nocet possidenti ciuilitate. *ibid.* 2.141
 Lata contra naturaliter possidentes super dominio rei cuius probationem & defensionem assumunt, non nocet domino ignoranti causam agitari. *ibid.* 142
 Sententia contra usufructuarium non nocet proprietario ignoranti. *ibid.* 143. & seq.
 Sententia lata contra emphyteutam, & usufructuarium super proprietate rei, an noceat domino directo scienti. 372.1.145
 Lata contra minorem non exequitur contra curatorem vel tutorem. 374.1.160
 Lata contra tutorem vel curatorem non mandatur executioni contra tutorem, sed contra minorem. *ibid.* 161
 Sententia inter alios lata officit rem obtinenti lite pendente, siue sciat siue ignoret. 375.1.169
 Sententia lata contra emptorem, an possit exequi in bonis venditoris assentientis defensionem litis. 382.1.233
 Lata cõtra filiumfamilias efficaciter obligatum, an exequatur in bonis aduentitiis quorù vsusfructus patri pertinet. *ibid.* 2.234
 Lata contra filiumfamilias exequitur in eius bonis castrensibus seu quasi, vel in aduentitiis, in quibus pater non habet vsusfructum. *ibid.* 236
 Et quid in bonis profectiis quorum ius acquiritur patri. 383.1.237. remissiuè.

Senten

& Verborum.

- Sententia lata contra filiumfamilias nõ potest exequi etiam in sola proprietate rei, cuius vsusfructus pertinet patri. *ibid.* 238
 Lata in fauorem actoris super interdito retinende prodest eius hæredibus, vt in possessione defendantur. *ibid.* 243
 Sententia & acta gesta per tutorem nomine pupilli, non nocet iuri competenti ipsi pupillo, quod in iudicium non deduxit. 387.1.267
 Sententia lata contra agentem tãquam ex alia persona, illi non præiudicat in iudicio, quod venit ex noua persona. *ibid.* 2.282
 Lata contra comparentem vt administratorem, nocet illi, etiam si dixit comparere nomine suo proprio. *ibid.* 283
 Lata contra administratorem ratione & cõtemplatione officij, illi etiam vt priuato nocet, si lite pendente falsus est possidere nomine administrationis. *ibid.* 284
 Sententia condemnatoria licet sit lata contra aliquem tanquam administratorem alterius, si probat incontinenti de possessione sua, iure proprio admittendus est. 388.1.279
 Sententia que simpliciter sequitur de nomine proprio patris, si tamen ex actis appareat egisse vt legitimus administrator, non iure proprio intelligenda est, sed administratorio nomine. 389.1.291
 Sententia intelligitur lata ex qualitate in libello deducta, etiam si in sententia non exprimat. *ibid.* 2.294
 Sententia cui nocet, nocent etiã omnia acta iudicij. 390.1.301
 Sententia lata contra prædecessorem quando præiudicat successoribus, nocent etiam acta, & instantia cepta in eodem statu transit. *ibid.* 302
 Nec est necesse vt lis sit contestata cum prædecessore, sed sufficit sola citatio, & etiam libelli oblatio, vt successor subire teneatur eandem instantiam. *ibid.* 303
 Sententia lata contra virum in rebus dotalibus, nocet uxori etiam in soluto matrimonio. *ibid.* 2.305
 Nisi adit collusio vel minus legitima defensio. *ibid.* 306
 Sententia lata contra illos quos negotium principaliter tangit, & primum locum defensionis habentem, præiudicat ius habentibus in consequentiam & accessoriè, siue scientibus, siue ignorantibus. 391.1.310
 Lata contra principalem alienantem post commissum delictum inferentem prohibitionem, ipso iure nocet possessori bonorù. *ibid.* 2.314
 Lata contra Prælatus seu rectorem beneficij præiudicat successoribus. 392.1.315
 Lata contra administratorem Ecclesiasticum vel temporalem, prodest & nocet successoribus in administratione, quamuis ab illo causam non habeat. *ibid.* 316
 Sententia semper præiudicat ei, qui verè vel repræsentatiuè est eadem persona. *ibid.* 2.320. & 326
 Sententia lata contra Prælatum intrusum an præiudicat Ecclesiæ. *ibid.* 321
 Lata pro vel cõtra aliquos alicuius artis vel officij, prodest & nocet successoribus & postea venientibus. *ibid.* 322
 Sententia contra mercatores aut datarios gabellæ seu pedagij nocet successoribus etiam non citatis, quia dicitur actio popularis. *ibid.* 323
 Sententia cõtra plures sub nomine collectiuo, puta familia, agnatio, præiudicat omnibus. *ibid.* 324
 Sententia super vna ciuitate vel vico contra alios super apponendis limitibus, exequitur contra vicinos postea natos in vico condemnato. 393.1.325
 Sententia lata contra ciues alicuius loci præiudicat sequentibus etiam non hæredibus. *ibid.* 326
 Lata contra possessorem beneficij ex eo quod confertens iure caruerit, an præiudicat confertenti, vt sciatur item agi quid quoad possessionem, quid quoad proprietatem. *ibid.* 2.329
 Lata contra præsentatum aut electum an præiudicat patronis, aut electoribus. *ibid.* 330
 Sententia contra præsentatum aut electum ex defectu iuris præsentandi aut eligendi an noceat patrono aut electori. *ibid.* 331
 Sententia contra patronos electores aut collatorem ex defectu iuris eorum an præiudicat præsentato aut electo. *ibid.* 332
 Sententia contra creditorem super proprietate rei pignoratæ, nocet domino debitori scienti item agi, & quare. 394.1.333
 Sententia lata contra fiscum, nocet habenti ius ab illo deriuatum. *ibid.*
 Sententia contra eos qui primum locum obtinent in rei defensione, tunc successoribus nocet, & ei qui ius habet secundario quod illi fideliter litem tractare. *ibid.* 334
 Quando in dubio præsumitur respectu proprii interesse. *ibid.*
 Sententia contra eum qui primum defensionis locum habet obtenta, illo colludente, negligente, aut contumace, non præiudicat successoribus. *ibid.* 335
 Collusio hæc probabitur eo ipso quod primus maioratus possessor, puta victus, non curauit deducere iura sua. *ibid.* 2.336
 Collusio hæc etiam probatur eo ipso quod victus omisit appellare, vel deseruit appellationem. *ibid.* 337
 Sententia lata per actum dependens à voluntate administratoris, vt puta per renuntiationem eius, non præiudicat successoribus. *ibid.* 338
 Lata ex consensu litigantium & eorum conventionione non præiudicat successoribus. 395.1.339
 Lata cum procuratore mortuo iam domino maioratus possessore, an præiudicat successoribus. *ibid.* 340. remissiuè.
 Lata contra possessorem maioratus à iudice qui reuera iudex non erat, an præiudicat successoribus. *ibid.* 341. remissiuè.
 Et quid quando fuit lata à iudice recusato possessore maioratus à recusatione desistente. *ibid.* remissiuè.
 Sententia lata per iuramentum delatum possessori maioratus non præiudicat successoribus. *ibid.* 342
 Etiam si iuramentum sit litis decisiuum. *ibid.* 343
 Sententia lata per confessionem legitimi administratoris, non præiudicat Ecclesiæ præbendæ, aut successoribus. *ibid.* 345
 Sententia si ex sola confessione possessoris maioratus lata est, non nocet successoribus, secus si alie concurrant verisimiles probationes. *ibid.* 2.347
 Sententia lata ex confessione litigantis super nobilitate, non præiudicat filiis & successoribus. *ibid.* 348
 Lata in indiuiduis, aliis etiam nõ vocatis nocet. *ibid.* 350
 Lata pro condominis, tunc feudatariis, cohæredibus, aut confideicommissariis, prodest & nocet condominis. *ibid.* 351
 Lata super seruitute constituta, prodest & nocet

Salgado de protecl. Reg. Tom. II.

ccc 3 confor

Index Rerum,

- confortibus,secus super cōstituta. *ibid.* 352
 Pluribus habentibus ius in solidū si ex his vnus agat, sententia contra eum lata consumit ius ceterorum. *ibid.* 353
 Exemplum redditur in popularibus actionibus. *ibid.* 354
 Opposito defectu ad infringendam electionem, lata sententia pro electo, alterius præcluditur via vltius opponendi. *ibid.* 355
 Et idem est in publicis iudiciis. *ibid.* 356
 Sententia aduersus vnum ex duobus reis credendi, nocet alteri, qui ex eadem causa ius habet. *ibid.* 357
 Sententia super vna re vel rei parte lata, non continet aliam, nec etiam aliam partem. 402. 1. 3
 Sententia de vna re in ipsa expressa, ad aliam non expressam extenditur. *ibid.* 4
 Sententia super certis bonis cum dictione (maximè) alia non expressa non includit. *ibid.* 5
 Sententia non extenditur ad argumentum rei limitatæ. *ibid.* 7
 Sententia nunquã continet ea de quibus in iudicio non fuit actum, nec in iudicio cognitum. *ibid.* 2. 8
 Sententia lata super vna re ex pluribus petitis, non extenditur ad alias. *ibid.* 9
 Pluribus rebus in iudicio generaliter deductis, sententia lata non omnibus præiudicat, sed tantum in prosequitis, & in quibus lis fuit contestata. *ibid.* 10
 Nisi pars materialis distulerit alias res prosequi. *ibid.* 11
 Sententia declarat castrum esse ciuitati subiectum, censetur declarare teneri ad onera ciuitatis. 403. 2. 20
 Sententia vbi quid necessariò supponit, ad illud se extendit, quia in ea dicitur expressum. *ibid.* 2. 1
 Sententia censetur continere illud sine quo principale non potest stare. *ibid.* 2. 3
 Sententia lata super vno, extenditur ad aliud, sine quo illud vnum effectum sortiri non potest. 404. 1. 24
 Sententia supponens aliquid necessariò, videtur illud exprimeret. *ibid.* 2. 5
 Sententia lata super præminencia sedis, intelligitur lata super aliis præminentiis quæ sunt accessoria sedis. *ibid.* 30. & 31. vbi limitatur. & 32
 Sententia non subintelligitur in necessario antecedenti aut consequenti, quando in iudicium deductum non fuit. *ibid.* 2. 33
 Sententia qua aliquid exprimitur per modum causæ, non parit exceptionem rei iudicatæ, in causa super qua non fuit actum cognitum, nec lis contestata. 405. 1. 34
 Secus si partes illam causam per modum causæ deduxerint in iudicium. *ibid.* 35
 Sententia extenditur ad id quod ex ea inferitur necessariò, quando super illatione plenè fuit cognitum, non aliter. *ibid.* 37
 Sententia qua pronuntiat fideicommissarium mittendum in possessionem, intelligitur restituendam fore heredi quando super eo actum fuit. *ibid.* 2. 39
 Sententia qua clericus est declaratus perpetrasse delictum, quod tamen sit priuatione beneficii dignum, an possit ad beneficium extendi si in sententia non sit expressum. 408. 2. 66
 Doctores negatiuam opinionem tenentes recensentur. *ibid.* 67. & 70
 Sententia qua clericus condemnatur ad restitutionem beneficii cũ fructibus perceptis, an exequatur in districtibus quotidianis, oblationibus funerariis, & elemosinis incertis. 410. 1. 75
 Sententia est stricti iuris, & tantum disponit quantum loquitur. 412. 1. 94
 Sententia plus non probat quàm ex ea necessariò inferitur. *ibid.* 95
 Sententia aliud non continet quàm in ea reperitur expressum. *ibid.* 96
 Sententia strictam interpretationem recipit. *ibid.* 97
 Sententia qua declaratur rei dominus aliquis, non includuntur fructus nisi exprimantur. 414. 2. 116
 Sententia licet sit stricti iuris, non excludit quæ veniunt ex propria verbi significatione. 415. 1. 121
 Sententia est stricti iuris, & vltra non extenditur quàm importet verborum sonus. *ibid.* 1. 125
 Sententia qua declaratur quem esse dominum rei, habet tacitam condemnationem ad illam dimitendam & restituendam. 416. 1. 133
 Qua declaratur bona esse actori hypothecata, censetur condemnari reum ad illam relaxandam. *ibid.* 2. 134
 Qua quis declaratur debitor alicuius ex causa mutui, virtualiter intelligitur condemnatus ad restituendum debitum. *ibid.* 135
 Sententia declarans in aliquem fuisse translata possessionem ex tali tempore, ab illo videtur ad fructus condemnare. *ibid.* 136
 Declarans aliquid deberi, includit tacitam debiti condemnationem. *ibid.* 137
 Sententia qua quis condemnatur ad restitutionem bonorum refusus expensis, licet non dicat per quem, tamen subintelligitur per eum cui bona restituuntur. *ibid.* 2. 139
 Sententia reddendæ rationis qua exprimitur vt facta liquidatione executor exaquatur, non indiget alia confirmatione. 417. 2. 145
 Sententia generalis condemnatoria fertur in iudiciis vniuersalibus, in executione postea liquidandum quæ sub generica condemnatione comprehendantur. 428. 1. 1
 Idem & in iudiciis generalibus, puta reddendæ rationis administrationis. *ibid.* 2
 Sententia potest ferri incerta super accessoriis, puta fructibus, pertinentiis, &c. de cuius æstimatione liquidò in executione apparebit. *ibid.* 2. 4
 Sententia excedens taxam legis in annuis redditibus est nulla ipso iure. 433. 1. 48
 Sententia talis in dubio intelligitur, qualis de iure ferri debuit, quia ad ius refertur. *ibid.* 2. 49
 Sententia ita debet interpretari ne iniquitatem & iniustitiam contineat. *ibid.* 50
 Sententia lata super re aut bonis quibus adhæret ius patronatus, & est annexum, illud etiam comprehendit. 440. 1. 107
 Sententia cōsolationis bonorum comprehendit ius patronatus, quod illis est annexum. *ibid.* 108
 Sententia nedum parit exceptionem rei iudicatæ in rebus prosecutis, sed etiam in pertinentiis & appendicibus prosequutorum. *ibid.* 110
 Sententia lata super re petita, intelligitur etiam lata super accessoriis & pendentibus ab ea, licet specialiter non exprimantur. *ibid.* 2. 111
 Sententia declarans vicium esse subiectum ciuitati, extenditur ad contributionem onerum ciuitatis, tanquam accessoriis subiectioni. *ibid.* 112
 Sententia lata super re principali, extenditur ad conne

& Verborum.

- connexa pertinentia & adhaerentia. *ibid.* 113
 Sententia licet sit stricti iuris, extenditur ad augmentum. 442. 1. 115
 Sententia extenditur ad connexa. *ibid.* 116
 Sententia super dominio castri, censetur lata super iurisdictione, coherente castro. *ibid.* 117
 Et idem dicendū de re incorporata, quia incorporationis omnia comprehendit. *ibid.* 118
 Sententia in iudiciis vniuersalibus facit rem iudicatam in omnibus pertinentiis liquidandis in executione. *ibid.* 2. 120
 Sententia super re restituenda comprehendit pertinentias, appendices, augmenta, connexa, & coherentia ipsi rei. *ibid.* 124
 Dummodo etiam in genere ipsa pertinentia fuerint in iudicio petita, licet sententia super pertinentiis non petitis ferri possit. *ibid.* 125
 Sententia lata generali super re & pertinentiis sit executio tam super re principali, quàm super pertinentiis liquidandis & verificandis. 442. 1. 131
 Sententia qua res vincti adjudicatur, semper intelligitur cum fructibus pendentibus, quàmuis nulla eorum fiat mentio in sententia. 444. 1. 150
 Sententia est stricti iuris, & vltra non exequitur quàm in ea continetur, quia non expressum censetur omisum. 447. 1. 9
 Sententia referens se ad aliud, puta instrumentum aut sententiam, plus non operatur quàm quod in relato continetur. 450. 2. 38
 Sententia confirmans retro non respicit. *ibid.* 40
 Sententia confirmans referens se ad sententiam, intelligitur cum sua qualitate. 451. 1. 42
 Sententia lata virtute instrumenti ad quod se refert, licet agatur ex sententia, tamen exequitur prout in instrumeto cum omnibus qualitatibus. *ibid.* 43
 Sententia debet interpretari prout de iure ferri debet, & ad iuris sensum referri. 463. 1. 62
 Debet interpretari vni non contineat iniustitiam. *ibid.* 1. 66
 Sententia præsumitur lata ex causa deducta in libello, & petitione, & iuxta illam erit interpretanda. 464. 1. 70
 Interpretari debet sententia in fauorem condemnati vt minus ei noceat. *ibid.* 2. 77
 in Sententia se fundans debet habere rem veram. 465. 1. 79
 Sententia qua quis est condemnatus in exilium ex qua non appareat de quo ferretur, an de præciso, an de voluntario, de præciso intelligenda est. *ibid.* 2. 84
 Sententia si ob impossibilitatem non potest adimpleri in eo super quo lata est, exequitur in eo quo potest. 466. 1. 89
 Sententia qua quis condemnatur ad conferuandum fideiussorem suum indemnem ab alterius obligatione, si hæc fuerit extincta, quia compulsus soluit fideiussor, intelligitur vt solum sibi restituatur. *ibid.* 1. 90
 Sententia absoluens tutorem à tutela, intelligitur ab eius ratione reddenda super quo actum fuit. *ibid.* 2. 91
 Interpretari debet sententia vt in iuris dispositione conformetur. 467. 1. 96
 Sententia præcisè obligat. *ibid.* 99
 Sententia vltra non extenditur quàm importat verborum sonus, quia tantum disponit quantum loquitur. *ibid.* 100
 Sententia lata cõtra plures simpliciter, intelligitur contra quemlibet pro vitili, & quantitate bonorum occupatorum. 469. 2. 119
 Sententia euidenter iniusta cum nullitati equiparetur, admittit appellationem etiam in causis priuilegiatis. 474. 2. 24
 Sententia condemnans ad restitutionem bonorum, exceptis quæ sint in territorio condemnati, aut quæ sint feudalia, prius de exceptione est facienda liquidatio. 475. 1. 36. & cur. *ibid.* 2. 37
 Sententia lata sub conditione vel modo, semper opponi potest de defectu conditionis vel modi. 476. 1. 46
 Et tunc non tam ab alio repellitur quàm à se ipso, cum ex eodem fonte & instanti oriatur actio & exceptio. *ibid.* 47
 Sententia vltra nõ extenditur quàm importet verborum sonus. *ibid.* 48
 Nec ex ea plus probatur quàm ex ea necessariò inferitur. *ibid.* 49
 Nec aliud continere dicitur. *ibid.* 50
 Sententia infirmatoria executionis, cuius contemplatione tertius vel per subhaftationem, vel aliter, rem possidet, ipsi tertio etiam non citato, & etiam clerico officit, & in illà directò exequitur. 486. 2. 11
 Sententia lata cum eo cui principaliter negotiorum tangit, præiudicat habentibus ius secundario, & in consequentiam, & deriuatum ab illo, etiam non citatis, & ignorantibus. *ibid.* 13
 Sententia infirmatoria executionis per appellationem reuocata, cuius occasione tertius possidet rem subhaftatam, lata cõtra creditorem cui principaliter tangit, & est legitimus contradictor, officit ipsi tertio etiam non citato, cui res tangit in consequentiam. 487. 1. 14
 Sententia lata super causa, censetur lata super causato. *ibid.* 2. 28
 Sententia reuocata per aliam, prima dicitur illicite præcessisse, & omnia acta pro illicite attentatis corrumpunt ipso iure. 489. 1. 43
 Sententia si facit ius quoad omne, lata contra principalem, nocet etiam tertio possessori. *ibid.* 2. 53
 Sententia lata contra authorem, nocet successori etiam non citato, ex capite iuris resolutiui. 490. 2. 62
 Sententia infirmatoria executionis, cuius contemplatione tertius possidet, illi etiam clerico officit non citato. *ibid.* 63
 Sententia lata inter creditorem & debitorem, sufficit etiam si non citetur tertius possessor hypothecæ, cui pactum de non alienando erat appositum, vt in eum executio procedat. 491. 1. 66
 Sententia inter alios lata exequitur de recto, & sine nouo processu in possessorem rei litigiosæ. 473. 2. 93
 Sententia lata per iudicem laicum licet clerico tertio rei litigiosæ possessori nocent, an possit per eum exequi in clericum, Martæ opinio refertur. *ibid.* 95. reprobat. 497. 2. 137
 Sententia ad non expressa non porrigitur, cum sit stricti iuris. 497. 2. 137
 Sententia reuocata dicitur illicite præcessisse, & retro acta pro attentatis corrumpunt ipso iure. 500. 1. 162
 Sententia lata cum legitimo contradicatore, qui primas defensionis partes occupat, nocet habenti ius secundario, & in consequentiam. 502. 1. 184
 Sententia non probat vltra id quod ex ea necessariò inferitur. 503. 1. 193

Index Rerum,

Sententia ratione excessus in totum est nulla; cum sit indiuidua. *ibid.* 2.198
 Sententia continente diuersa capita licet annulletur, excessus pro cæteris sustinetur. 504.1.206
 Sententia contra turbatorem lata, & præstita cautione, si turbet & dicat ex noua causa, non auditur, si executio fuit de recenti, secus si longo interuallo. 508.1.242
 Sententia dicitur execututa, quando aliquo tempore permansit. *ibid.* 243
 Sententia semel execututa in habentibus tractu successuum, si res iterum ex interuallo deueniat in potestate eodemnati, iterum exequitur. *ibid.* 247
 Sententia etiam secum executionem trahētis effectum suspendit appellatio legitima. 196.1.83
 Sententia executio fieri non potest durante termino ad appellandum. 199.1.3
 A nouo additamento sententia licet possit appellari, tamen sententia exequitur in eo quod conformis est alius duabus. 220.2.58
 Sententia executio ob defensionem quomodo sit petenda, & de eius praxi. 240.1.77
 Sententia potestas finibus concluditur. 277.2.61
 Sententia executio faciēda est ab eo iudice sub cuius districtu res sita est, ad requisitionem tamen iudicis ferentis sententiam. 322.2.63
 Et idem in contractu paratam executionem habente. *ibid.* 64
 Sententia causa cessante cessat & ipsa sententia. 338.1.91. & 340.2.122
 Sententia causa quando redit ad non causam sententia retractatur. *ibid.* 92
 Sententia dubietas declaratur ex actis & processu. *ibid.* 2.292
 Recipit declarationem à libello. *ibid.* 293
 Sententia ius est strictum. 402.1.2
 Sententia verba ad intellectū iuris sunt reducenda. 406.1.43
 Sententia generalis siue petitionis hereditatis, siue rei particularis cum pertinentiis, postquam fuerit in executione verificatum, quæ bona pertinent ad hereditatem seu pertinentias, super omnibus sit executio. 435.2.66
 Sententia termino transactō, potest iudex exequi penam pecuniariam, omnia pena corporali conditionaliter apposta, si hoc utilius sit fisco. 452.1.51
